

et nomine proximi solos amicos, & eos qui bene de nobis merentur, intelligendos. Na legis ille peritus idem, ut opinor, Scriba, vel Phariseus, aut Scribarum certe & Phariseorum opinionibus imbutus, recte a Christo dicitur in dicalce, quod non sacerdotem & Leuitam, sed Samaritanum, qui amici erga illum, qui in latrones incidit, functus erat officio, proximum appellauerit. Sed scimus alio intendisse Christum. Hoc tantum tenere volumus, ex eo loco probari non posse proximum in illo legis precepto quemlibet hominem appellari.

44. Diligite inimicos vestros. Hoc, ut omnes Auctores antiqui tradiderunt, & nos vers. 21. & 43. probauimus, proprium est Euangelii. In quo, sicut in ceteris, qui legi Christi adiecit, quaedam precepti, quaedam consilia sunt. Precepti hanc. ne odio habentes nos odio habeamus, ne reddamus malum pro malo, ne quid illis optemus mali, ut eos generali, ut Theologi docent, charitate complectamur, ut communibus orationibus, elemosynis beneficiis, que in omnes fiunt, non excludamus. Consilia, ut eis etiam non ad extremam necessitatem indigentibus, beneficia adus; ut eos nominatim salutemus, ut familiariter alloquamur. Sed hanc a Theologia copiose disputantur, a nobis propter huius explanationem loci attingenda modo fuerunt. Verba autem illa, que in Gratia nunc leguntur co dicibus, aduersus eos qui maledicunt, benediceitis, qui maledicunt vobis, nos non legit interpret, nec sunt ad implendam loci sententiam necessaria: conueniunt tamen, & eo quidem magis, quod B. Paul. huc videri possit alluisse. Maledicimus, & benedicimus. 1. Cor. 4. 12.

45. Ut sitis filii. Plerique sic interpretantur, ut sitis, id est, vos esse filios declaratis. Quod ut non improbo, sic illud magis probo, ut Hebraismus sit, quo, qui alteri similis est, eius filius esse dicitur, sicut Hispani sua lingua solent dicere videtur illam gentem, id est, adeo illi similis est, ut eius filius esse videatur. Hic sensus multo magis conuenit, quia dicere esse filios patri sui tautologia est; dicere autem esse filios patri sui tautologia est; quia statim declarat, quomodo patri sui filij, id est, similes, si bene omnibus fecerint, erunt, quia Deus solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & quia vers. 48. dicitur, Etsite ergo vos perfecti, sicut pater vester, qui in celis est, perfectus est, ubi non quomodo filij, sed quomodo similes esse possumus, declaratur. Non nego tamen datam esse potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine Christi, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Sed quis huius loci sit sensus expono.

CAPVT. VI.

ATTENDITE ne in iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in celis est. 2. Cum ergo facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, ut in vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 3. Te autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. 4. Ut sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 5. Et cum oras, non eritis, sicut hypocritae, qui amant in synagogis, & in angulis platearum se habere, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 7. Orantes autem, nolite multi loqui, sicut etiam in ecclesia. 8. Nolite ergo assimilari eis: sicut enim pater vester, qui videt in abscondito, suo exaudiat vos. 9. Nolite ergo orare, ut videamini ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. 10. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra. 11. Panem nostrum, superfluum a nobis da nobis hodie. 12. Et mitte nobis debitum nostrum. 13. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen. 14. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra. 15. Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra. 15. Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester caelestis delicta vestra.

Luc. 11. a. 2. Inf. 18. d. 23. Mar. 11. c. 25. Eccl. 28. a. 3. 4. 5.

46. Quam mercedem habebitis. Non negat mercedem habituros quicunque amicos diligunt, cum amicos diligere charitatis sit. Sed negat mercedem habituros, si, ut publicani, tantum id faciant, id est, si non propter Deum, sed aut propter naturalem in amicos propensionem, aut propter suam utilitatem faciant. Quisquis autem inimicos non diligit, satis declarat se amicos non propter Deum, sed propter se diligere. Si enim propter Deum diligeret, etiam diligeret inimicos, qui non minus, quam amici imago Dei sunt. Qui ergo amicos, non inimicos diligit, mercedem non habet. Qui non solum amicos, sed etiam inimicos diligit, non solum caritatis erga inimicos; sed etiam erga amicos suae mercedem habebit; quia Deus non naturam, sed gratiam remuneratur.

Nonne & publicani hoc faciunt. Publicani a Latinis, & a Graecis, & ab Hebraeis dicebantur, qui publica pro principe vendigalia colligebant, auturum hominum genus, & omni odiosum populo, eo praesertim tempore, quo Christus ista dicebat, cum Iudaei non suae gentis regi, sed Romano Imperatori tributum pendere cogebantur. Inde enim illa nata est questio, an liceret tributum Caesari dare Mar. 12. 14. Luc. 20. 22. Publicanos pro publicis & perditis peccatoribus habitos fuisse, constat. Math. 9. 10. 11. & 11. 19. & 18. 17. & 23. 2. & Luc. 11. 14. Cui opinioni congruenter loquitur Christus. Fuit & nositer Mathaeus aliquando publicanus; & in telonio sedis capite 9. 9. sed ex publicano filium Dei, Apostolum, Evangelium gratia Dei fecit.

48. Etsite ergo vos perfecti, sicut pater vester. Sicut, non aequalitatem, sed qualitatem, similitudinemque declarat; & nam quidem similitudinem, quae inter Deum & hominem, non quae inter hominem & hominem esse potest. Sicut Christus orat Ioan. 17. 21. ut unus vnus, sicut ipse cum patre vnus est: nec enim illam, quae inter patrem & filium est naturalem vnitatem aquare possumus; sed perfectum tamen imitari. Proponit nobis Christus signum ad collimandum, quo scit nos peruenire non posse; ut, quo possumus, perueniamus. Non vult nos eo usque progredi; sed non stare. Vult autem nos omnibus in rebus quam simillimos esse patri, sed in ea maxime, quae illi est maxime propria, misericordia. Itaque quod Mathaeus dicit, Etsite perfecti, Lucas esp. 6. 36. dicit, Etsite misericordes, sicut & pater vester misericors est.

Qui publicani.

ter vester dimittet vobis peccata vestra. 16. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 17. Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua. 18. Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo, & sine demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. 20. Thesaurizzate autem vobis thesauros in caelo: ubi neq. erugo, neq. sinea demolitur. & ubi fures non effodiunt, nec furantur. 21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebra sunt: ipsa tenebra quante erunt? 24. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alterum conseruet. Non potestis Deo seruire, & mammonae. 25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anime vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum? 26. Respicite volatilia caeli: quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? 27. Quis autem em congreget cogitans potest adijcere ad statum cubitum vnus? 28. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescant: non laborant, neque metunt. Dico autem vobis, quoniam & Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vni ex vestris. 30. Si autem fenum agri, quod hodie est, & cras in clubrum mittitur, Deus sic vestis: quanto magis vos modice fidei? 31. Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia in vobis omnibus indigetis. 33. Quae erit ergo prima regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adiacent vobis. 34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi: sufficit diei malitia sua.

Luc. 12. c. 22. 1. Pet. 5. 7. 1. Tim. 4. 8. 1. Tim. 4. 7.

IN CAP. VI.

ATTENDITE. Caute. Dabitari potest an haec a eadem sit oratio, quam Christus in monte habuit, quamque Euangelisti in superiore capite inchoant, nunc prosequatur. Eandem. n. esse contextus orationis non eandem, argumenti dissimilitudo arguit. Hoc probabilis: quia illa superioris capitis ad solos, ut probauimus, Apostolos in monte dirigebat: haec ad omnes in capto. Illic de Euangelica tantum professione Apostolorum, hic de communium fuga vitorum agit omnibus necessaria: ita prorsus, ut si propius vtramque intueamur, ipsa oratio, orationis quae materia de more in valle m. descripta videtur. Ne in istam, Omnes Graeci eod. 22. pro iustitia iniquorum, elemosynam legunt, que maduodam Chryl. ostendit hom. 19. Auditor imperfecit, hom. 13. Theophyl. & Euthymus legunt. Latini auctores omnes iustitiam, Hilarius, Hieronymus, Augustinus tract. 6. in epistolam Ioan. & serm. 59. de tempore & lib. 2. de serm. Domini, & Gregorius lib. 8. in Job. c. 30. & in Pastor. 3. pad. monit. 36. & poeta Iuuenecus. Etiam inter Graecos Origenes hom. 2. in Exod. Cre dibile est Graecum aliquem non intelligere, quid hoc loco iustitia nomen significaret. Igentes p. ximo versu. 2. ut in magis iniquorum. Cum ergo facta elemosynam, mendum putatis, & pro iustitia elemosynam posuissis. Ego nostram lectionem multo magis probo, & quia nositer interpret, & veteres illi auctores Latini, qui eius versione non vtebantur, ita legunt, & quia, ut pro elemosyna scriptorum ignorantie iustitia poneretur, nulla fuit ratio: ut autem, p. iustitia poneretur elemosyna potuit esse ea quam dixim, & quia vis dicendi postulat, ut primo loco generalis iustitia, deinde specialis elemosyna ponatur, & quia iustitia nomen in Hebraeo apud Hebraeos saepe pro misericordia, & elemosyna vsurpatur, Psal. 101. 18. Misericordia autem Domini ab aeterno & usq. in aeternum super timentes eum. & iustitia eius in filios filiorum is. 31. eruat testamentum eius. Reiterationem enim eiusdem esse sententiae perspicuum est, & quod priori loco 107. misericordia dicitur, postiori 107. iustitia appellari, & Psal. 119. 9. Dispersisti dedit pauperibus iustitia eius m. per in saculis saeculi carnis eius exaltabitur in gloria. Dispergere. n. & dare pauperibus, hoc est elemosyna, vocat: 107. iustitiam eius, que Hebraei sunt: et D. Paulus unitatis est. 1. Cor. 9. 10. Qui autem admini-

Iustitia pro elemosyna interpretata.

ser vester dimittet vobis peccata vestra. 16. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 17. Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua. 18. Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo, & sinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur. 20. Thesaurizzate autem vobis thesauros in caelo: ubi neq. erugo, neq. sinea demolitur. & ubi fures non effodiunt, nec furantur. 21. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. 23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebra sunt: ipsa tenebra quante erunt? 24. Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alterum conseruet. Non potestis Deo seruire, & mammonae. 25. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anime vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum? 26. Respicite volatilia caeli: quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? 27. Quis autem em congreget cogitans potest adijcere ad statum cubitum vnus? 28. Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescant: non laborant, neque metunt. Dico autem vobis, quoniam & Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vni ex vestris. 30. Si autem fenum agri, quod hodie est, & cras in clubrum mittitur, Deus sic vestis: quanto magis vos modice fidei? 31. Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 32. Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia in vobis omnibus indigetis. 33. Quae erit ergo prima regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adiacent vobis. 34. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi: sufficit diei malitia sua.

strat semen seminanti, & panem ad manducandum praesabit, & auget incrementa frugum in ista vobis. Fruges enim iustitiae vocat elemosynas, de quibus agebat, quae sicut fruges in arua, sic ille in pauperes seminare multiplicat. Sic n. exponit, disposuit, & dedit pauperibus id est, seminavit in pauperes. Hinc factum, ut de praesentia interpretes non solum vbi Hebraei est 107. ultitia, p. elemosyna dicitur, sed id est iustitia conuertitur, sed saepe etiam vbi 107. misericordia dicitur, ac si nomen 107. iustitiae communi vbi misericordia & elemosynam significaret. ut Gen. 10. 13. & 11. 23. & Deut. 24. 13. Sic & hoc loco dicitur iustitia, p. elemosyna ponitur, ut statim explicatur. Cum ergo facta elemosynam, noli tuba canere ante te. Quomodo haec sententia conueniat cum illa, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vbi videtur opera vestra bona, c. 5. 16. differunt. Alioquin mercedem non habebitis, apud patrem vestrum. Quasi dicit habebitis quidem apud homines, quorum respectu facitis, sicut infra dicit ver. 1. & 5. receperunt mercedem suam, id est, in anem gloriam apud homines, quam querebant: apud patrem autem vobis non habebitis, cuius causa non facitis, quia regnum est, ut cui quisque laborat, ab eo mercedem accipiat: & ut vnus laboris non duplex, sed vna sit merces. 2. Nolite tuba canere. Quod Euthymus refert dixisse quosdam, quod Strabus probabile, Lyranus verum putat, consuetudinem aut communiter ludaeorum, aut priuatum Phariseorum fuisse, ut cum elemosynas daturae erant, tuba pauperes conuocarent: nullo mihi testimonio, nullo probante exemplo, & vanos quidem fuisse scio, tam i. herales fuisse nescio. Contra certe Chryl. ostendit hom. 19. Auditor imperfecit hom. 13. & Theophyl. dicit in comm. 2. tarijs sentit. Potius credo ad consuetudinem egerandi tuba populorum, cum aliqui publice, aut facienda, aut edicenda erat, Christum alluisse, ut Ioan. 2. 25. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vacate catum, congregate populum, coadunate senes, congregate paruulos, fugentes vbera: aut ad tres graduum & comedia rum morem, quarum initio tubis canitur, ut populus admoneretur histrionem exire, oculoque & aure attendat. Nam & hoc loco, quasi tres graduum, aut comedia aliquam Phariseorum Christi indicit. Primum nomen ipsum, ut dicitur, hypocrita, que vitium histrionem proprie significat, quia persona cui sit,

aliam agit : vt Dinius etiam Augustinus adnotauit. Deinde verbum quo superiore versu vsus est *opis* vsus *pharisaicus* vt spectemini, theatrale est: nam & theatrum ipsam ab eodem dictum est, verbo, & tuba canere proprium est etiam theatri. Significat igitur nihil in hypoecritis esse veræ, solidæque virtutis: quicquid agunt, simulationem, laruam tragediam & comœdiam esse, ideo que spectari velle: nos solidam debere sequi virtutem, nec alios spectatores, quam Deum desiderare.

In Synagoga. vide capitis quarti, vigesimū tertium, Hæreticorum interpretes fere omnes conuenticula, aut concilia bula hoc loco reddunt, nimis eleuata exaggeratione sententiæ. Voluit enim Christus significare solere hypoecritis loca querere maxime frequentia, vt à pluribus videantur, qualis erat Synagoga, in quam, sicut nunc ad templa nostra, omnium populus conueniebat. Sensum minuit quicquid de Synagoga concilia bula aut conuenticulum facit: quod minus esse, quam Synagogam, vel ipsa vocabulorum indicat diminutio.

3. *Nesciat sinistra tua.* Quia sinistra nec scire potest, nec ignorare, quod metaphoram interpretes quarunt, incredibilem interpretationum varietatem pepererunt. Nonnulli dexteram intentionem seruandam præcepta diuina: sinistram delectationem humane laudis intelligunt, vt Augustinus libro secundo, de sermon. Domini, & sermon. de tempore 60. & Gregorius tertia parte pastor. vigesimo primo. Alii dexteram superiorem voluntatem: sinistram inferioram appetitum, Auctor imperfecti homilia decimaterza. Alii dexteram populum Christianum: sinistram Gentilem, quemadmodum idem auctor scribit fuisse in quodam Apostolorum canone declaratum. Alii dexteram te ipsum, sinistram vxorem tuam: quam etiam interpretationem Augustinus memorat. Alii dexteram nos ipsos: sinistram conuenticulum quemque, & familiarissimum amicum. Ambrosii libro primo, de officiis capite trigesimo, & Euthymius in hunc locum. Rem mihi Chrysolomus homil. 19. & Theophylactus acu videtur tetigisse, non metaphoram, sed hyperbolicam esse locutionem, qualem illam superiorem capite quinto vigesimo nono, trigesimo, esse diximus, si oculus tuus scandalizat te, & cetera. sensus ergo est, adeo debere nos iniustitiæ nostræ testes effugere, vt si sinistram manus nostræ oculos haberet, videre tamen non posset, quid dextera boni faceret. Quod autem contra consuetudinē sibi capite quinto, trigesimo tertio, explicauimus, prius sinistram quam dexteram nominat: & dextera actionem sinistræ cognitionem tribuit: ideo factum est, quod elemosynam, de qua loquebatur, non sinistram, sed dextera porrigere soleamus: & cetera opera, quæ manu sunt, dextera faciat: sinistram illi tanquam adiutrix assistat: ita vt si oculos haberet, quidquid dextera faceret, ignorare non posset. Elemosynam ergo Christus ita vult fieri, vt ne sinistra quidem manus, quæ omnium operum dextera non modo confecta, sed adiutrix etiam esse solet, scire possit. Quod cum in omnibus recte factis intelligendum est, tum in danda elemosyna ideo potissimum commendatur, quod nec vlla magis in re gloriam hominis querere soleant: nec in vlla minus querere debeant. Elemosyna quamuis parua magnam beneficium est pauperi: manus, si lateret, si nemo nisi qui accipit, nouit. Qui laudem hominum intuens dedit: sibi non pauperi dedit. Aut siquid dedit vendidit, non donauit. Non potuit pauper pretium solvere, sed pro illo alii soluant: cum dantem laudant, cum tantum spectant. Pretium est illi videri. Apud Ecclesiasticum cap. 29. 15. similis est omnino sententiæ, *Conclude elemosynam in sinu pauperis.*

ris, & illa exorabit pro te ab omni malo. Non est culpa benefacientes videri: sed videri. Nec omnino videri velle: sed propter colligendam humanam laudem videri velle: hoc tantum hoc loco Christus prohibet. Nam velle propter Deum videri, non prohibet: sed iubet, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videam vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* 6. 506.

4. *In abscondito Deo, & tibi soli cognita.* Redder tibi. Græci codices addunt *co te qd dicitur*, in

aperto, in propatulo. E contrario tempore Augustini Latini codices legebant, Græci non legebant, vt ille libro secundo, de sermon. Domini scribit. Ita quoque suspicio mihi est primos illos codices Græcos, ex quibus translatio Latina, qua Ecclesia ante Hieronymum utebatur, facta fuerat, hæc verba legisse: post scriptorum vimo in Græcis abolita, in Latinis conseruata. Hieronymum vero, cum iam ipsius tēpore in Græcis non legeretur: quia ad Græcorum, vt ipse ait, codicum veritatem Latinam editionem corrigebat, expunxisse de Latina, quod non inuenit in Græca. Nam legenda quidem est ipsa indicat antithesis: In abscondito & in propatulo, & quod Lucas capite 4. 14. pro *co te qd dicitur* in propatulo dicit, *in resurrexione*, id est, in vltimo iudicio coram omnibus hominibus, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Postulat etiam æquitas, atque sententia, vt hoc creamus dixisse Christum nos multo maiorem etiam apud homines gloriam habituros, si clam elemosynam faceremus, quam qui non alia de causa faciunt, quam vt gloriam apud homines habeant: quia illi non nisi in paucorum hominum conspectu facere possunt, quorum gloria in iudicio coram omnibus hominibus maximæ erit ignominia. Nos, qui, cum facimus, à nemine videri volumus, etiam si nolimus, ab omnibus tunc videbimur, ab omnibus laudabimur. Solet se, & alios ita consolari, Dinius Paulus, vt ad Philippenses 2. 16. *Verbum vite continentis ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laborauit, & 2 ad Timoth. 1. 12. 13. Sed non confundor: scio enim cui credidi. & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem & c. 4. De reliquo repositus est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Deus in illa die iustus iudex.*

5. *Quis amat.* Græci *quod dicitur*, quis amat. Itaque aut nos interpret pro *quod dicitur*, aut aliquis in eius versione pro *quia*, scripsit qui. Facilius fuit ex *quia* facere qui, quam ex *quod dicitur*. Itaque hoc quidem loco nostram potius, quam Græcam versionem iudicio corrigendam *quod dicitur* autem fecerunt, verum solent. Melius nos interpret, quia non solum consuetudinem, quæ sine assuetudine nata esse poterat, sed multo magis studium gloriæ Christus reprehendit, vt capite 23. 6. *Amant autem primos recubitus in cæcis, & primi ad cathedras in synagoga, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.*

In Synagoga. Vide re. 2. Et in angulo. Non significat hoc loco angulus abditum & secretum locum, vt solet perlungue significare, quemadmodum cum dicimus, abdere se in angulum, & c. 26. 46. *Scit enim de horex, ad quem & constantiter loquitur: latere enim eum nihil horum arbitror: nec enim in angulo quisquam horum gestum est: sed potius significat locum maxime publicum, maxime conspectum, maxime frequentem propter adiunctum, quod sequitur, platearum. Plateas enim vocat vias & publicas verbas vias: angulos, bivia, & triuia, vbi maior hominum conuersus diuersis venientibus vis esse solet: sicut Thamar, cum se meretricem esse fingeret, quæ à quamplurimis inueniri velle videretur, sed in bivio. Gen. 38. 14.*

Stantes. Sunt, qui putent, Iudæorum more fuisse, vt sta-

vt stantes orarent, quod pluribus in locis, qui orant, dicantur stare Mar. 11. 25. *Et cum stabitis ad orandum, dimittite: si quid habeis aduersus aliquem, Luc. 12. 11. Phariseus stans, hac apud se orabat.* Non assentior, quia ex alij locis periculum est, consuetudinem fuisse flexis genibus orandi. Actor. 9. 40. *Petrus autem ponens genua orauit dicens, Tabitha surge, & c. 20. 36. & cum hac dixisset (Paulus) passus genibus orantibus omnibus illis, & capite vigesimo primo, quinto, & postea genibus in litore orauimus.* Christus etiam flexis genibus orasse dicitur Luc. 22. 41. Natura quoque ipsa flexo genu orare docet: nec est vero simile Pharisæos, qui maxime volebat videri sancti, aliter orasse. Stantes igitur hoc loco interpretor, manentes, fixi, in mobiles quasi homines animo in cælum rapiti, vt in fra. capite 20. 3. 6. & Mar. 3. 21. & 11. 25 & Luc. 18. 11.

Mercedem suam. quia sola digni erant, aut quam quærebant Hieronymus, & Augustinus.

6. *Intra in cubiculum tuum.* Multas interpretationes, quas Augustinus, & Hieronymus, & alique multi auctores afferunt, quia allegorice sunt, prætermino: & per cubiculum verū cubiculum intelligo cum Chrysolomus homilia octaua, in 1. epistolam ad Timotheum, & Theophylactus in hunc locum. At non iubet nos ingredi reuera in cubiculum, & obsum claudere: sed tantum inanem hominum laudem fugere, loque, qui in publico orat, nolens ab alio quam a Deo audiri, aut videri, aut ab hominibus audiri, & videri vult, non propter suam, sed propter Dei laudem vult, in cubiculo clauso oratio erit: quia non in agis laudem suam. quarit, quam sine cubiculo solus oraret. Contra qui in cubiculo clauso oratio solus orat, volens tamen, vt homines id sciant, in plateis orat, & tuba ante se canit: & quo se magis abdit, magis prodit. Auctor imperfecti. Non abrogat ergo Christus morem in publico orandi laudabili & iudæorum, & Christianorum vsu firmatum. 3. Reg. 8. 29. Act. 1. 24. & 31. & 4. 7. 4. & 6. 6. & 12. 12. Tantum intentionem animi corrigi Dinius Paulus vult in omni loco nos orare leuantes pura manu. 1. Tim. 2. 8. *Nostra factum est negligentia, vt oratio, quæ in publico sit, humanam laudem venari possit. Si enim omnes, & vbique orarem: singulare non esset in publico quemquam orare: nec est eo, quod ab omnibus ferret, laus vlla quæreretur, maiore siue oratio haberet vires, nec humanæ expectationis laudis impedita: & simul orantium precibus adiuta. Quæ facta manu, inquit Tertullianus in Apologiam, hæc via Deo gratia est. De qua re Origenes homilia septima, in Iulio, & Chrysolomus homilia tertia de incomprehensibili Dei natura disputant.*

7. *Nolite multum loqui.* ad hæreticos, ne nimium loquantur, ne vitium superuacaneæ repetitionis. Verbum est, aut à Bato quodam poeta, qui incepti repetitionibus vsus dicitur quibusdam: aut à Bato nescio quo homine balbo, vt alijs placeat, deriuatum. Illud probabilis. Non enim loquendi in orando balbutiem, & celeritatem Christus reprehendit, quia us etiam merito sit reprehendenda: sed superuacaneam, & inanem studio affectatam verborum copiam: vt constat ex sequentibus verbis. *Putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur, quod & Gregorius Nyssenus in libro de oratione adnotauit. Nec prohibet longas Christus orationes, qui alibi perpetuus imperator, Luc. 18. 1. sicut & Dinius Paulus, ad Thessal. 5. 17. & ad Colos. 4. 2. neque loqui, cum oramus: neque repetitionibus uti, cum & ipse orando locus sit, & ter eundem sermonem repetendo infra capite 26. 44. & Marc. 1. 4. 39. sed prohibet eo animo multum loqui, vt hominibus bene orare videamur, de hoc enim agebat, & exultantes facilius Deum multa, quam pau-*

ca audientur verba, vt statim erant: Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nec Eucharistia propterea hæretici habiti sunt, quod multum orarent apud Epiphanium, hæret. 50. & apud Augustinum in libro ad Quodulud. capite 57. sed quod exultarent neminem, nisi continenter oraret, saluum esse posse, non intelligentes, quod Lucæ 18. 1. Christus dicit, *oportet semper orare, & nunquam desicere:* quod non significat debere nos perpetuo, & sine vlla intermissione orare, quod sciebat Christus à nobis fieri non posse: sed cum semel aliquid à Deo postulauimus, nec obtinimus, non debere propterea fatigari, aut fiduciam abicere, iterum atque iterum nullo definito modo idem orandum: hæc enim ratio fore, vt tandem quod petimus, obtineamus. Hoc illa, quæ sequitur, parabola significat, *iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerentur, & c.*

Ethnici. Hæreticorum fuisse, vt es istima rem, quo plura, clarioreque voce loquerentur, facilius se à Deo exaudiri, ex 3. Reg. 18. 27. colligitur, vbi Elias alludens ad Ethnicorum ritum, quem decem tribus Israel imitabantur, *Clemate, inquit, voce maiore, Deus enim est, & Iositan loquitur, aut in amatorio est, aut in timore, aut certe dormit, vt excitetur.*

In multiloquio. Hæbraismus, in pro propter, & pro 2. 3. vt Mar. 9. 38.

9. *Sic ergo vos orabit.* Incertum vtrum his, an semel tantum Dominicam orationem Christus docuerit. Dubitandi causa est, quod Lucas capite vigesimo primo, secundo, scribat eum à discipulis rogatum, *Domine, doce nos orare sicut Ioannes docuit discipulos suos, respondisse: Cum oratis dicite, Pater sancte, fiat uoluntas tua, & c. Mathæus autem hoc loco non rogatum, sed sponte significare videtur eum concionantem hanc orationem tradidisse. Vix quispiam veterum auctorum hanc quæstionem attigit: & qui attigit, Rupertus, bis putat Christum eandem orandi formam diuersa occasione docuisse. Contrarium tamen mihi videtur probabilius. Quorum enim eisdem discipulis bis eandem orationem docuisset? Nisi forte dicamus, quod mihi omnino non displicet, apud Lucas solos discipulos, à quibus rogatus fuerat: hic omnia turbam auditorum, quæ eam orationem nondum audierat, docuisse. Si semel tantum traditam dicamus, dicendum erit Mathæum non vnam solum Christiani concionem recitare: sed quæ ille diuersis temporibus, multisque concionibus docuisset, in vnum locum conicere voluisse, vt omnem fere eum doctrinam sub vnum poneret aspectum.*

Sic ergo vos. vos, qui laudem apud Deum, non apud homines, vultis, quærere debetis. Vos qui melius docti à me estis, Deum non multitudine verborum, sed magno orantis affectu, nihil nisi iusta, & ad eius gloriam conducentia petentis exorari.

Sic. Non his necessario verbis, sed hæc autem similitudo sententiæ Augustinus libro de magistro capite primo, & in epistola ad Probam 121. capite 11. & Beda in hunc locum. Nam nec Apostolos orando his ipsis verbis vsos fuisse legimus: alij legimus Act. 1. 24. *In Domine, qui corda nosti omnium, ostendit, quem elegit ex his duobus vnum.* Sed dum id ad propagandum Euangelium, & gloriam Dei illustrandum facit, si non verbis, re tamen ipsa dicunt, *Sanctificatur nomen tuum.* Et cum Dei voluntatem electionemque voluntas cognoscere, quid aliud dicunt, quam *fiat voluntas tua?* Neque Christus his vnumque verbis orasse dicitur: in eandem tamen sententiam orauit: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu vult.* Math. 26. 39. Luc. 22. 42. Sed tamen paucis verbis omnia, quæ

Oratio in cubiculo.

Oratio in publico.

quæ in hac oratione docuerat dicit: exceptis ijs que dicere non poterat. Nam & ipse patrem appellat, sicut nos appellare docuit: & ut eius nomen sanctificaret, peti, cum eius quærit gloriam, si possibile, inquit, est, id est si salus gloria tua fieri potest, absolute namque fieri posse non ignorabat, & ut eius voluntas fiat, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis, & panem suum quotidianum peti, cum vitam peti. Solum non peti, ut debita sibi remittantur, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, & ut in tentationem non inducatur, qui cadere non poterat, & ut a malo liberaretur, quem singulari certamine iam vicerat capite quarto, primo. Neque voluit Christum, ut quotiescumque oratus, ista omnia, quæ hac oratione continentur, peteremus, sed ut omnia, suraliqua, aut nihil certe his contrarium peteremus. Ipse pro crucifigentibus se oravit: non erat vnum ex ijs: sed ut confiteantur vni ex ijs, ut Dei nomen etiam in inimicorum salute sanctificaretur. Merito tamen Ecclesia tantum huius orationi tribuit, ut non solum sententia, sed ipsæ etiam Christi verbis vteretur. Amica (inquit Cyprianus in libro de oratione) & familiara est oratio. Deum de suo rogare, & aures eius attendere Christi orationem. Agnoscat pater filij sui verba, cum qui habitans intus in pectore, ipse sit & in voce. Merito illi inter omnes & privatae & publicæ preces primum locum dedit. Dixerat Christus paulo ante, nolite multum loqui: præscribit nunc brevissimam, qua vitatur, orationis formam. Tamen breuitas ista (ait Tertullianus in libro de oratione) magna ac beate interpretationis substantia fulta est, quantumque subfringitur verbis: tantum diffunditur sensibus. Quia sunt (inquit Cyprianus) fratres dulcissimi, orationis Dominicæ sacramenta, quam multa, quam magna breuiter in sermone collecta: sed in virtute spiritus altiter copiosa, ut nihil omnino prætermisissimum sit, quod non in precibus, atque orationibus nostris celestis doctrinæ compendio comprehendatur. Itaque recte Tertullianus hanc orationem Evangelij breuiarium appellavit. Dicit Augustinus libro secundo de serm. Domini in monte, & hunc omnes deinceps Theologi secuti septem petitiones continere docuerunt: primam, Sanctificetur nomen tuum: secundam, Adueniat regnum tuum: tertiam, fiat voluntas tua: quartam, panem nostrum quotidianum da nobis hodie: quintam, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus delicta nostra: sextam, & ne nos inducas in tentationem: septimam, sed libera nos a malo. Recentiores quidam sex tantum: nam ex duabus vicinis vnam faciunt. De qua re non est operæ pretium discipulare, illud non prætermittendum, quod à multis indicatum est, tres primas petitiones ad honorem Dei, reliquas ad utilitatem nostram pertinere: quemadmodum decalogi præcepta in duas diuisa sunt tabulas: in priore erant, quæ ad proximum pertinebant. Hoc est, quod verficulo trigesimo tertio, dicitur, Quærite ergo primum regnum Dei. Non vult Deus nostram utilitatem ab honore suo esse distinetam: quia nec velle nobis esse potest, quod ipsi honorificum non est. Ideo que honorem suum utilitatis nostre regulam facit, quam nec, qui sequitur, errare potest: nec, qui non sequitur, non errare.

Pater. Quod à nomine patris exordij iubet: non ideo tantum facit, ut fiduciam nobis Deum alloquendi præbeat, quemadmodum Tertullianus, Cyprianus, Chrysofostomus homil. 20. alijque multi interpretes voluerunt: sed multo magis, ut blando nomine Dei benevolentiam capturemur, & ad concedendum, quod postulamus, patris eum appellatione moueremus, ut Augustinus libro secundo de serm. Domini placuit. Habet oratio Dominica Rhetoricam suam. Huc spectat, quod cap. 7. Christus dicit, Si ergo vos, cum sitis mali, nos habetis bona data date filijs vestris, quanto magis pater vestri cele-

stus dabit bona petentibus? Nomen ipsius patris pro nobis oratur: quia patris est filius necessarius provide, patris est filius ignof. ere. Eodem exordio perditus ille adolefens ad se rediens visus est, Pater peccati in calum. & coram te, Lucæ 15. 18. Adnotat Tertullianus in libro de oratione, & Augustinus libro secundo, de serm. Domini, Deum in veteritatem non patrem, sed Dominum vocari voluisse. quia illi serui erant, nos filij sumus. nec enim accepimus spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepimus spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Romanorum octavo, decimo quinto. An autem hoc loco solum primam Trinitatis personam, an totam ipsam Trinitatem patrem appellamus: in utramque partem disputari potest. Perique ad solum patrem hæc verba dirigi putant, ut Cyprianus, Chrysofostomus, & Rupertus sensisse videntur. Argumento est, quod Christus eundem suum, atque nostrum patrem, quamvis non eodem modo vocare solet: Ascendo inquit, ad patrem meum, & patrem vestrum, Ioann. 20. 17. Magis aliorum probo sententiam, qui totam hanc Trinitatem patrem à nobis vocari dicunt. Cur enim Deum patrem appellamus? primum, quia creauit: non solum pater, sed tota nos Trinitas creauit. Deinde, quia conseruat: at non solum pater, sed tota Trinitas conseruat. Tertio quia redemit: at non solum pater, sed tota redemit Trinitas: tota Trinitas agendo, solus filius patiendo. Itaque respectu quidem redemptionis solus pater filius, quam solus pater, pater nobis est appellandus. Quarto, quia per gratiam regenerauit: at tota Trinitas regenerauit.

Nister. Venit suum quique priuatum: sed nostrum communiter patrem appellamus. Christus ideò iubet, quia non priuata, sed publicioris Ecclesiæ oratio est: & cum Deum oraretur tanquam vnum Ecclesiæ membrum oramus. Qui aliter orat, orare fortasse potest, ex orate certe non potest. Hoc non à me primum, sed à Cypriano libro de oratione Dominica, ab Ambrosio libro quinto de sacramentis capite quarto ab Audore operis imperfecti hom. d. c. magis quarta, ab Augustino libro secundo de ser. Domini, à Theophylacto, & Euthymio notatum est. Illud etiam à nonnullis illorum tator indicari his verbis differentiam, que est inter nos & Christum: nos Deum non patrem meum, sed nostrum: Christum non patrem nostrum, sed meum appellare, quia eo modo, quo pater noster est: omnium communiter pater est: omnes enim creauit, omnes conseruat, omnes nutrit, omnes quantum in ipso quidem fuit, etiam redemit. Eo autem modo, quo Christi pater est, non aliter est pater. Pater enim illius, non quia creauit, sed quia ex sua substantia genuit: ideo patrem peculiariter (inquit Ambrosius libro quinto, de sacramentis capite quarto) suum appellat: nos vero patrem communiter non solum appellamus: quia illum genuit, nos creauit. Alia magis propria videtur esseratio, cur & Deum patrem, & nostrum appellemus, quod illi regeneratione per Christum sumus. Manifestum enim est eos, qui nec baptizati sunt, nec in Christum crediderunt, hanc orationem pronuntiare non posse, & tamen à Deo creati, & tamen conseruati, & tamen redempti sunt. Non ergo hoc loco ideo Deum patrem appellamus: quia tantum nos creauit, quia conseruat, quia redemit: sed etiam quia per fidem & gratiam baptismi regenerauit. Dedit enim possessionem filios Dei seruis, qui credunt in nomine eius, alij ergo non dedit: ab alijs patrem vocari non potest. Hoc etiam Tertullianus & Cyprianus in libro de oratione Dominica obseruauerunt. Quare eum dicimus non solum de oratione, sed etiam à Christo: sed in fidelibus hoc verbo distinguimur, & Deum patrem nostrum, id est, credentium, non in fidelum appellamus. Quid an non est pater omnium? est enim uero, Ephes.

Ephes. 4. sed eorum peculiari ratione, qui in Christo credentes vnum cum illo corpus facti sunt. Nos igitur inter Christum, & infideles medi sumus, Christus naturalis Dei filius, infideles quodam modo facti, quia ab eo creati, quia ad eius imaginem facti sunt, ex natura, quasi ex ancilla, non ex gratia, quasi ex libera geniti: sicut Ismael naturalis virtute, non sicut Isaac supernaturali gratia. Nos filij nec naturales, ut Christus, nec spurij, ut infideles, sed tamen adoptiui, sed tamen legitimi, alioqui heredes non essemus Dei & cohæredes Christi: Rom. 8. 17.

Quis in calis. Quod multi hæretici, celestis, vno verbo dicere saluerunt, minime probone: non solum, quia mali sunt. Auctores, & quia non tam breuitatis, quam nouitatis studio facere videntur: sed etiam quia veram horum verborum sententiam corrumpunt. Primum quidem: si Græca verba, ut noster interpret, secuti fuissent, sed ut in his verbis vertent, quæ in calis, errare non potuissent: & celestis dicitur non solum, qui in celo habitare: sed qui ex celo originem ducit, aut qui de celo venit, ut Christus: I. Corinth. 15. 48. & qui celestis constantiniam, celestis gl. 28 appellamus. Hic autem certum est Dei habitationem significari, qui ideo in celis habitare dicitur, quod quamuis vbi que sit, ubi tamen eius gloria potissimum luceat, quam in sole posuit tabernaculum suum, Psalm. 136. Sic Psalm. 2. 4. Qui habitat in caelis, respicit eos, & Psalm. 115. Qui sedet Dominus Deus noster, qui in alto habitat, & 122. 1. Ad te leuamus oculos meos, qui habitas in caelis. Scribit Aristoteles omnium gentium quasi à naturam opinionem fuisse, Deum in celo habitare, vnde illud tam frequens apud Græcos poetarum natum sit, & in scripturis veteris, superque habitator Olympi. Ambrosius & Augustinus celos, Sanctos interpretantur, in quibus Deus peculiariter dicitur habitare: sed iste allegoricus, non literalis sensus est.

Sanctificetur nomen tuum. Nomen Dei dicitur, non hoc solum Deum: quo eum appellamus sed hominum de illo exhibitione, & quidquid ad illum quoquo modo pertinet, quod tunc ab hominibus sanctificari dicitur, cum ab illis timetur, amatur, colitur, cum eius auctoritas, cum bonitas, cum sanctitas, cum maiestas celebratur. Hebraei enim sanctificare dicere solent, id est, celebrare, ut sanctificare sabbatum, Ezechiel. 44. 24. sanctificare ieiunium, Iohannis. 14. Aut sanctificare Dei nomen dicitur, cum tanquam sanctum colitur, & honoratur, sicut è contrario blasphemari dicitur, cum sine debita ab hominibus reuerentia tractatur, Isai. 52. 5. & ad Rom. 2. 24. & pollui, cum tanquam vile & fordidum habetur, Ezech. 20. 39. & 22. 26. & 36. 20. & 39. 7. & 42. 8. & Hierem. 7. 30. Atque ad hunc sensum Hieronymus in commentarijs, & Augustinus libro secundo de serm. Domini interpretantur. Non sic peritur, inquit August. Sanctificetur nomen tuum, quasi non sit sanctum nomen Dei, sed ut sanctum habeatur ab hominibus, id est, ita illa immoretur Deus, ut non excipiant aliqui sanctum, quod magis offendere timeant. In eadem fere sententiam Gregorius Nyssenus in libro de oratione Dominica, Chrysofostomus homil. 20. Auctor imperfecti homil. 14. Theophylactus & Euthymius, paulo longius à sensu Ambrosius discedit libro quinto de sacramentis cap. 4. Sanctificatur, inquit, non dicit in nomine Domini Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri: hæc sanctificatio, ut in nobis permaneat, & ramus. Cum autem non dicimus, à quibus Dei nomen sanctificari velimus: ab omnibus ita sanctificari velle figuificamus. Ideo, inquit Tertullianus in lib. de oratione, superpena constantiane, non dicitur sanctificatur in nobis: in omnibus dicimus.

10. Adueniat regnum tuum. Quid hoc loco regnum Dei appellatur, & quid si aduenire, variæ sententiæ,

Nonnulli regnum illud intelligunt, quo Deus in iustorum cordibus regnare dicitur: sicut è contrario in corpore iniustorum peccatum dicitur regnare, Roman. 6. 12. & sicut dicitur, regnum Dei intra vos est, Lucæ 17. 21. Ad hunc modum Ambrosius libro quinto de sacramentis capite quarto, Auferat imper se Æi homil. 14. Hieronymus in commentarijs, & libr. contra Pelagianos. 3. Gregorius Nyssenus in libro de oratione Dominica, & Euthymius. Alii de illo regno accipiendum putant: quo in beatis regnat, quasi petamus illud, quod iam alijs beatis aduenit, nobis etiam aduenire: quasi petamus dissolui, & esse cum Christo, Philippens. 1. 23. sicut dicuntur fideles diligere aduentum Christi, 2. ad Timoth. 4. 8. & ad Treum. 2. 13. & sicut animæ illæ, quæ subitus altare sunt, petunt, ut vni dicatur sanguis fratrum suorum & corporibus suis iterum inducatur regno fruantur, Apocal. 6. 9. 10. Ita Tertullianus, & Cyprianus in libro de oratione, Chrysofostomus homil. Auctor etiam imperfecti homil. & Augustinus in Epistola ad Probam 121. Alii Regnum tuum adueniat, id est, gloria tua manifestetur hominibus, ut idem Augustinus libro secundo, de serm. Domini. Verus sensus mihi videtur esse, quem Theophylactus & Rupertus breuiter indicantur, ut regnum Dei vocetur illud quo Deus potius omnibus inimicis suis in se habet potestatem, ubi quæ regnatorum est, & ut loquitur Dominus Paulus, etiam omnia in omibus. 1. Corinth. 15. 28. Nam est nunc etiam vbi que regnat, tamen quia non pacifice & sine hoste, ac bello regnat, & quæ multi illi quasi rebelles resistunt, regnare non creantur: tunc autem subigiunt hostibus, & amicum si eratis inimici dantur plene regnare dicitur. Hunc esse sensum ex illo loco D. Pauli, quem notauimus, non obscure colligitur: tum etiam ex hoc 1. 50. Manifestum enim est nos hic etiam nostrum, sed Dei regnum postulare. Nam tres primæ, ut diximus petitiones ad Deum: reliquæ ad nos pertinent. Non est ergo sensus, ut Deus regnet in cordibus nostris: aut ut nos cum beatis regnemus: hoc enim ad nos maxime pertinet: sed ut Deus absolute, & sine aduersario regnet. Sic enim dicimus, Adueniat regnum tuum, quemadmodum si filij patri regi pacificum regnum & victoriam contra hostes precor: tunc non vnos: sed ut ille regnet. Adueniat autem opus: amicus: sic illi dunt aduentum Christi, secundo de Timothei quarto, octauo, & ad Titum secundo, decimo tertio, & animæ illæ Apocal. 6. 9.

Fiat voluntas tua. Alias Cypriani, Augustini, & Gregorii interpretationes, quia allegorice sunt, prætermittendas puto. Inter literales illa communis est, ut petamus fieri Dei voluntatem in terra, sicut in celo, id est, ut ita illi homines obediunt, sicut angeli obediunt, Hieronymus, Chrysofostomus hom. 20. Auctor imperfecti hom. 14. Augustinus libro secundo, de serm. Domini, Theophylactus & Euthymius. Alii paulo aliter, Fiat voluntas tua in terra sicut in celo id est, pacificetur terra: sicut olim celum pacificatum est. Nam, ut aliquando in celo inter bonos & malos angelos bellum fuisse dicitur Apocal. 12. 7. deinde quoque in terram diuulso pax in celo consecuta est: ita nunc in terra inter Deum & hominem bellum est: petimusque, ut victus à terra in abyssum deiciatur, & ut ait Christus, ut eiciatur foras, Ioann. 12. 31. vnde illa consequatur pax, quam angeli nato Christo hominibus annuntiarunt, Luc. 2. 14. Sic Ambrosius libro quinto, de sacramentis capite quarto, Tertullianus vero proptum in nobis, & paratum animum significari, putat: ut quidquid calamitatis, quicquid boni, vel mali Deus nobis immittat, patienter feramus, sicut Iob dicebat, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum, 1. 21. Vt cum non videtur resistenda esse generalis sententia, quod ista omnes interpretationes faciunt: Nam

Septem petitiones orationis Domini.

de celo.

in spiritu.

D

E

141

Nam de sola preceptorum obseruatione, aut de sola pace, vel patientia interpretari parum est. Ex omnibus si vna constaret, equalis erit. Petimus ergo, vt omnibus in rebus voluntas Dei fiat non solum a nobis, sed etiam in nobis: sicut Christus, cum peccare non posset, dicebat, tamen non mea, sed tua voluntas fiat, Luc. 22. 42. vtique non tantum a se, sed etiam in se.

Sicut in calo. Vbi nihil est, quod Deo resistat, nihil quod non ad nutum obediatur, Psal. 102. 20. 21. Benedicite Domino omnes angeli eius potentes virtute, qui facti verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius, & Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facti voluntatem eius.

1. Panem nostrum quotidianum. Fructuosus locus: agitur enim de pane nostro: sed & verborum obsecratione difficultis: & interpretationum varietate implicatus. Plerique veteres auctores pie & religiose, atque ad Ecclesie vsum accommodare dixerunt panem nostrum quotidianum Christi corpus appellari. Nam & verus panis est, qui de celo descendit, & quotidianus, quia aut a singulis, aut a tota quotidie fumitur Ecclesia, Tertullianus libr. de oratione, Cyprian' de oratione Dominica, Ambrosius lib. 5. de iacrament. capite quarto, Marius Victorinus libro tertio aduersus Arium, Athanasius in libro de incar. Iuocens. Hieronymus in comment. & libro tertio aduersus Pelagianos. Est in hanc sententiam non minimum argumentum, quod vero simile esse videtur Christum in tam perfecta diuina oratione nihil non terrenum, nihil non diuinum patere docuisse. Obstat tamen, quod sequitur, da nobis hodie, quasi in crastinum petere prohibeatur, vt ver. 34. explicatur. Obstat, quod tanquam rem quotidie singulis nobis necessariam postulare videamur: corpus autem Christi quotidie sumere perquam vtile est: non est tamen necessarium, nec, vt ait Augustinus, ab Orientalibus Christianis eius tempore sumebatur. Quare rei eundem impolit Augustinum libro secundo de serm. Domini, vt panem quotidianum nostrum Dei voluntatem interpretaretur, sicut Christus dicebat Ioann. 4. 34. Meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, & Ioann. 6. 37. Operamini non cibum, qui perit: sed qui permanet in vitam aeternam. Quam interpretationem & Origenes homil. in Ezech. 14. Ante illum adhiberat. Aratum cibum non in hodiernum tantum diem: sed in omnem omnino vitam petere Christus docuisset: sicut illi dixerunt, semper da nobis hunc panem. Ioann. 6. 34. & illa, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque remanet huc haurire. Ioan. 4. 15. Itaque probabilis est, quod idem Augustinus libro primo locut. in Gen. capit. 39. & Epistola ad Probam 121. capit. 12. Basiliius in regul. breu. inter. 252. Chrysostomus homil. 20. Auctor imperfecti, homil. 14. Gregorius Nyssenus in libro de oratione, & Theodoretus in commentar. in caput quartum Epistolae ad Philippenses dixerunt, panem hoc loco nostrum & quotidianum omnium necessarium omnibus appellari: panis autem appellatio omnium ad sustentandam vitam necessaria in religio debere, id ex omnibus huius loci circumstantijs manifestum est. Nam & quod nostrum, id est, nobis necessarium: & quod quotidianum, id est, non superuacuum: & quod in hodiernum, non in futurum petimus: & quod versiculo trigesimo quarto, eodem sensu prohibemur in crastinum esse solliciti: omnia indicant de cibo corporis agi. At non est verosimile (dicunt quidam) Christum in tam ecclesiastica precatione quod terrenum postulare docuisse. Respondet, non fuisse Christi consilium: vt panem resque necessarias quaerere iuberet, quod terrenum est, quodque idem Christus ver. vigesimo quinto, facere prohibet: & ad quod satis sumus natura nostra procliuus: sed vt doceret vnde, & quantum quaerere deberem. Non in, a terra, vt pecudes:

sed a Deo, vt homines: non in omne tempus: sed in praesentem tantum diem petere docet. Hoc autem ecclesiasticum preceptum non terrenum est. Eo quidem vsque, vt etiam Christo docente pauci ad modum faciant. Illud magis mouere potest, credibile non videri Christum, quantumvis moderatam corporis curam animae curae praeposuisse. Id autem fecit, si inter ea, quae nobis ipsi petimus, primo loco panem, secundo remissionem peccatorum: tertio liberationem, a tentatione petere docuit. Respondet, Christum non tam ordinem dignitatem rerum: quam naturae & infirmitatis nostrae sequi voluisse. Natura prius vult viuere, deinde bene viuere. Huius rei Christus rationem habuit. Adde quod cum panem doceret petere, non tam corporis, quam animae curam habet. Existerit enim maximum & vehementissimum effectum, ex quo maior peccatorum pars proficiuntur: & vt dicam breuiter, hac petitione cauet, ne peccata fiant, sequente, quomodo facta remittantur.

Nostrum. Qui panem, Christi corpus intelligunt: si nostrum, id est, fidelium, non in fidelium interpretantur, vt Cyprianus. Alij nostrum, id est, qui nobis a te dari solet. Gregorius, libro trigesimo tertio, moral. capite quinto. Ecce & nostrum dicimus, & tamen vt dicitur, oramus: nosse quippe fit, cum accipitur, qui tamen Dei est, cum ab illo datur. Et Dei ergo esse inuenire, & nosse fit, vt accipitur per acceptionem. Alij nostrum, id est, hominum, non peccatum. Alii volunt nostrum vocari illum etiam ipsum, quem iam habemus: quem nihilominus a Deo petere iubemur, quia eius Dei potius, quam nosse re vera fit, non debemus eo prius vt, quam vtendi a Deo petamus facultatem. Sic Auctor imperfecti: quod verum quidem & pius, sed alienum esse arbitror. Vult enim Christus prauam hominum consuetudinem corrigere, qui nullum auaritia suae modum ponunt, vt ex versiculo decimo nono, & sequentibus perspicuum est. Non solent autem homines, quae habent, aut industria sua quaerere, si mali: aut a Deo petere, si boni sunt: cum igitur panem petimus, quem non habemus, cur qui diuites sunt, petunt? Mouit quaestionem, idemque explicauit Augustinus, pauperes petere, vt habeant, diuites, vt non amittant. Et quid eger (inquit) ilius talem dicere ipso quod idem eger dicit, quare enim abundantiam omnium videret nisi quia Deum dedit? Quid habebit, si Deum subtrahat manum suam nonne malis dormierunt diuites, & iuxta reuerent pauperes? Sic igitur interpretari possumus, vt nosse dicatur panis, qui nobis est necessarius. Hoc enim cum Christi consilio bene conuenit, qui tantum nobis vult potestatem facere in praesentem diem necessaria petendi.

Quotidianum. Graecum verbum *quodidiano* magnoam difficultatem peperit. Vetus interpres quotidianum reddidit, vt ex Hieronymo in hunc locum manifestum est. Atque ita omnes veteres auctores Latini legunt. Hieronymus super substantialem vertit, quantum in eo veterem versionem noluit corrigere. Eaque incaute quidam nostro tempore in vulgata editione pro quotidiano superflua italem posterunt: quod corporis cibo, quem a nobis peti, praestamus, minime conuenit. Alij substantialem, id est, eiusdem nobilitatem substantiam reddiderunt, vt inde *quodidiano*, de quo tantopere aduersus Arianos disputabatur, confirmantur, vt Marius Victorinus libro tertio, aduersus Arium, Hieronymus scribit se in Hebraeorum Evangelio pro *quodidiano* legisse *quodidiano*, quasi inter crastinum, & hodie antithesis quaedam sit: & hodie diem crastinum necessarium petimus panem. Et quidem verborum antithesis recte cognoscitur: sententia vero non congruit: non enim docet, sed prohibet Christus in crastinum esse sollicitos ver. 34. Alii

Alij exponunt *isidoro* substantialem nostram alendam accommodatum, id est panem cibarium, non delicatum, non superuacuum: quod non prorsus male conuenit. Sed nihil ex quo mihi videtur conuenire, atque vt nosse vertit interpres, quotidianum: vt intelligitur ex eo, quod sequitur, *quodidiano*. Non enim est verborum antithesis, quam quidam, vbi non est, quaerunt: sed cognatio, similitudoque sententiae: quemadmodum si coniugatis etiam dixisset verbis, panem nostrum hodiernum, id est, nobis in hodiernum diem necessarium da nobis hodie. Sed vocauit potius quotidianum, quam hodiernum, vt generalior esset sententia, significaretque Deum singulis diebus feruis sua necessarium cibum dare solere. Diarium Latini vocant. Petimus ergo a Deo, vt ne patiamur diarium nostrum nobis ergo a Deo. Loquimur enim tanquam filii, qui mane in scholam proficiscentes primo loco eius diei statum panis portionem postulant. Consonat huic sententia Syriaca translatio, quae pro pane quotidiano legit *quodidiano* *quodidiano* panem indigentiam nostram. Vnus adhuc angere potest scrupulus, quod *isidoro* non a participio *isidoro*, sed a nomine *isidoro*, sicut quodidiano & quodidiano Graece linguae consuetudine cadere debeat. Quod si ita est, non praesentis diei cibum, sed substantialem, aut superflua substantialem, aut ad substantiam denique, quae *isidoro* dicitur pertinere significare potest. Respondet Euan-gelista, aut vt Evangelista interpretem nouo vocabulo, vt veteri noua significatione vt potuisse, quemadmodum saepe Apostoli vt solent. Deinde nihil me coniectione fallit. Hebraismus sapere. Dicunt enim Hebraei *quodidiano* substantiam diei huius, pro, hunc ipsam diem, vt Genes. 7. 13. & Levit. 23. 14. Sic ergo vocare potuit Evangelista *isidoro* panem, qui ad substantiam praesentis diei pertinet, id est, portionem panis nostri, quae praesentis diei respondet. Nolo tamen meam valere coniecturam: nisi qui doctiores sunt approbarent.

12. Et dimitte nobis debita nostra. Peccata nostra debita vocamus, quia illis tanquam aere alieno obstricti tenemur Deo. Id constat ex Lucae cap. 11. 4. qui pro debitis peccata dixit: & ex parabola, quae est infra cap. 18. 27. quid autem sit peccata remitti, ad Romanos quarto versus octauo disputauimus: nunc sine disputatione non forte lector erret, ad monemus, dimitti esse non solum non imputari, non solum dissimulari, non solum regi, non solum non puniri, vt noui haeretici fabulantur, sed penitus etiam tolli, penitus deleri, & in profundum mare proiecti, vt scriptura loquitur Ioann. 1. 9. Iai. 43. 25. Mich. 7. 19. Probarunt ex hoc loco veteres Catholici aduersus Pelagianos neminem in hac vita sine peccato esse, quando omnes dicere iubemur, *Dimitte nobis debita nostra*. Hieronymus libro tertio aduersus Pelagianos. Augustinus libr. 2. contra epist. Parm. c. 10. & li. 3. contra duas ep. Pelag. capite quinto, & libro tertio de peccat. mer. c. 13. & epist. 89. & hom. 42. Duo-bus modis Pelagiani respondebant: primum viros sanctos, cum haec dicunt verba, non peti, sed pro alijs orare, Augustinus libro secundo de peccator. mer. cap. 10. Deinde non ex veritate, sed ex modestia & humilitate dicere Augustinum libr. 2. contra duas ep. Parm. cap. 10. quibus *isidoro* loeis respondet.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Periculo sam nobis videtur Christus regulam tradere. Male enim omnino nobiscum agitur, si non aliter nobis Deus, quam nostris nos debitoribus, peccata dimittat. At non est regula, sed conditio. Non esse regulam manifestum est: quia Deo nobis, & multo plura, & multo maiora, & multo liberalius, & multo minus merentibus, remittit: quam nos debitoribus, nostris, aut remittere soleamus, aut etiam possumus. Itaque si regula esset, non fa-

litem, sed damnationem potius nostram a Deo peteremus. Hoc per illam, quam diximus, parabolam capit. 13. 24. 28. significatur, vbi Dominus seruum decem millia talenta remisit: seruum confero centum denarios noluit condonare: nec Dominus propterea dimisit, quod seruus debitor suo prius dimisisset, quasi eius exemplo prouocatus: sed prius Dominus dimisit, postea seruus dimittere noluit. Denique regula est, quam imitatur: non autem Deus nos sed nos Deum in remittendis peccatis imitatur: non ergo nos illi, sed ille nobis regulam est. Nos illi conditio sumus, quia si nos debitoribus, nostris non remittamus, neque nobis ille remittit, vt supra c. 5. 23. 24. significatur. Si offeris munus tuum ad altare, & ibi recordatur seruus quod frater tuum habes aliquid aduersus te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade reconciliari prius fratri tuo & tunc venies offerre munus tuum, & Marci vnde dicitur versus vigesimo quinto. Cum stabis ad orandum, dimitte si quid habeto aduersus aliquem, vt & pater vester, qui in caelis est, dimittat vobis peccata vestra. Et Lucas capite vdecimo, & quarto, non dixit, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed, siquidem, nos dimittimus omni debenti nobis. Cur ergo Christus hanc non iam regulam, sed conditionem adiecit, quod potius impedire rei, quam petimus imprecationem quam iuuare videatur? Respondet, duas de causis appositam fuisse: & ad corrigendam orationem nostram, ne nobis a Deo peteremus, quod alijs ipsi nollemus dare: & ad commouendos nos, vt quod a Deo petimus, id nos alio concedamus. Reliquum est, vt videamus, quomodo fit intelligenda. Nescio qui olim haeretici ita intelligebant, quasi quantumcunque homines peccarent, & quantumcunque ratione viuissent, modo accepta iniurias condonarent, certi essent fore, vt peccata sibi a Deo remitterentur, vt scribit Augustinus libro vigesimo primo de ciuitate, capite vigesimo secundo & vigesimo septimo, quibus respondet, non vt fiant, sed quia sunt peccata, ideo dicitur, dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non ergo est sensus fore, vt hac sola conditione nobis Deus debita nostra dimittat, si nos debitoribus nostris dimittamus: sed vt nisi dimiserim? alij, nec ille nobis dimittat, vt ver. decimo quinto Si non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, quare quod paulo ante ver. decimo quarto dicitur est, si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester debita vestra, non absolute, vt Augustinus admonuit, intelligendum est, sed si cetera accedant, quae sunt necessaria, si nos peccasse peniteat, si animus sit non iterum peccandi, & si quid est aliud, quod ad peccatorum remissionem requiratur. Nam, vt semel dicam, hoc inter negantes, & affirmantes promissiones, aut conditiones differt: quod negantes absolute, & sine alia superaddita conditione: affirmantes nunquam absolute, sed cum exceptione, nisi quid aliud impedit intelliguntur. Vnus & idem locus Marci decimo sexto versus decimo sexto illustre vtriusque regulae praebet exemplum. Qui, inquit, non crediderit, condemnabitur. Haec enim promissio, quia negans est, absolute, & sine vlla conditione est intelligenda, fore, vt quisquis non crediderit, quantumvis bene viuat, & quidquid aliud faciat, condemnabitur. Quod autem ibidem dicitur, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: quia affirmatio est non absolute, & sine exceptione intelligendum, sed si cetera habeat necessaria. Sic hoc loco, quod dicitur versus decimo quinto, quia per negationem pronuntiat, absolute: quod vero ver. decimo quarto, quia per affirmationem, non absolute, sed cum exceptione intelligendum est. Alteram huius conditionis explicationem, nimis tamen angustam August. affert, vt nostris debitoribus debita remittamus, id a nobis petentibus, sicut

Memor sine peccato. Quid inter affirmantes & negantes conditiones in scriptura interest. Haec enim promissio, quia negans est, absolute, & sine vlla conditione est intelligenda, fore, vt quisquis non crediderit, quantumvis bene viuat, & quidquid aliud faciat, condemnabitur. Quod autem ibidem dicitur, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: quia affirmatio est non absolute, & sine exceptione intelligendum, sed si cetera habeat necessaria. Sic hoc loco, quod dicitur versus decimo quinto, quia per negationem pronuntiat, absolute: quod vero ver. decimo quarto, quia per affirmationem, non absolute, sed cum exceptione intelligendum est. Alteram huius conditionis explicationem, nimis tamen angustam August. affert, vt nostris debitoribus debita remittamus, id a nobis petentibus, sicut

ficunt nos à Deo petimus, vt nobis nostra dimittat: & ficunt seruus ille, conseruam suum rogabat, *patientiam habe in me*, Matthi decimo octauo versu vigesimo nono. Hæc inquam interpretatio, & sensum nimis stringit, & conscientiam nimis laxat. Iubemur enim Mar. 11. 25. non solum rogari, sed nostra etiam sponte, cum stamus ad orandum dimittere, si quid aduersus aliquem habemus: quamquam & generaliter ac sine restrictione de omnibus intellexisse videtur ipse Augustinus libro secundo de sermone domini in monte. Illa difficilior est questio, quatenus debitoribus nostris remittere debeamus, vt nobis Deus debita nostra dimittat. De ea re copiose Theologi disputant: ad eorum scholam auidum lectorem mittimus. Nos hic ea tantum, quæ ad huius explanationem loci necessaria iudicamus, dicturi sumus. Hoc ergo non de omnibus debitoribus, sed de priuatis iniurijs intelligendum. Nulle aures numeros mihi debentur, nisi condonauerit Deus mihi peccata mea non condonabit: nequaquã ita est. Si enim condono, beneficium confero: si non condono, peccatum non admitto. Nec illa obstat parabola Matthi decimo octauo, versu vigesimo quarto, quod de pecunie debito loquitur. Nam per peccatum peccata sunt significata. Patrem meum occidisti. an necesse est, vt nihil à te exigam, si volo, vt nihil à me exigat Deus minime. Honor mihi falsa criminatione detraxisti: an mihi repetere coram iudice non licebit? licet. Quid ergo iniuriam, non damnorum remittamus, necesse est. si volumus, vt nostræ in Deum iniuriæ ab eo nobis remittantur. Iniuriam enim à damno subtiliter Theologi distinguunt. Cum patrem meum occidisti, & fecisti iniuriam, & damnum attulisti. Iniuriam, quia offendisti animum meum, & ea contempsisti me: damnus, quia eum mihi eripuisti qui a me abeat, qui docebat, qui te iubatur: damnum repetere possum, iniuriam condonare debeo, ita vt nihil propterea velim mali: vt nullas tecum geram inimicitias, & vindictam non quaram. Idem in alijs exemplis intelligendum.

13. *Et ne nos inducas in tentationem.* Duo hic explicanda sunt verba: quid sit tentatio, & quid in tentationem inducere. Pelagiani hoc loco non peccatorum contra nos pugnam, quam tentationem scriptura solet appellare: sed humanos casus, quos ipsi per nos, nisi Deus aueriat, effugere non possumus, intelligebant. Auctor Augustinus epistola 94. Nempè, quis in eo errore versabatur, vt existimarent in nostra esse potestate, vt nulla Dei adiuti gratia omnia peccata vitaremus: & à Catholicis hoc loco premebantur, quod à Deo petamus ne nos in tentationem inducat, quasi non possumus sine eius auxilio superare, vt Hieronymus libro aduersus eos. 3. & Augustinus multis locis arguentur: hanc in terpretationem, tanquam diuertentulum, qua euadent, qua fuerunt. Sed ex proximo verbo facile refelluntur: sed libera nos à malo, vbi per malum, vt paulo post docebitur, non potest, nisi diabolus intelligatur etiam ex capite vigesimo sexto, versu quadragesimo primo: *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem: spiritus enim promptus est, caro autem infirma*, vbi certum est de peccatorum tentatione agi: quod ergo illic debet exercere, hic docuerat. Quomodo autem nos Deus in tentationem inducat: facile Caluiniste respondent, quia nos ad peccandum impellit. Facile enim est hæreticum esse. Sed ita Iacobi sententia, quam nulla poterit hæresis abolere, Nemo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intencitatem malorum est, sed vnusquisque tentatur à concupiscentia sua, abstrahit, & illic. cap. 1. 13. 14. Vera ac firma omnium semper Catholicorum sententia fuit Deum, eum de peccatis agitur, non impellendo, non incitando: sed permittendo tentare, vt Tertullianus & Cyprianus in libro de oratione Domini,

Qualis in
virescitur
de q. qua
modo.

De quo
de tentat.

14. *Et Augustinus sermone 124. de tempore, & iustitiam interpretatur. Hoc constat. Quid autem sit Deum non permittere, vt in tentationem inducamur, id non constat. Nam nonnulli interpretantur, non ne in tentationem incidamus, quod cum carnis circumferimus, fieri non putant posse: sed ne, cum incidimus, ab illa supereamus, vt Augustinus libro secundo de sermone Domini, & epistola 121. & Theophylactus in commentariis in hunc locum. Melius, vt mihi videtur, idem Dicit Augustinus in libro de bono perseverantiae capite sexto, Tertullianus, Cyprianus de oratione Domini, Chrysostronus hom. 20. Auctor imperfecti. 14. & Euthymius in hunc locum putant nos rogare, vt non incidamus in tentationem: nostra enim infirmitas memores, non solum, vt vincamus petimus; sed etiam ne in certamen descendamus, ne forte vincamus. Hunc sensum Christus 2. 6. 4. profusus expressit, *Vigilate, inquit, & orate, ne intretis in tentationem: spiritus promptus est, caro autem infirma*. Pugnam ergo, sicut Christus decreuit: sed nos cum diabolo, ille cum morte, pater si possibile est transfat à metalla.*

Sed libera nos à malo. Cyprianus omne generaliter malum intelligit: siue peccatum, siue quicquid aliud quod detrimentum nobis afferat. Alii ad tentationem referunt, quasi sensus sit, ne nos inducas in tentationem, sed libera nos ab illa, vt Augustinus libro secundo de peccatorum meritis capite quarto & libro secundo de sermone Domini in monte, & Auctor imperfecti homil. 14. quod cum altera Augustini opinione, de qua veruloco non diximus, qui seipsum esse putat orationis Domini petitiones, non satis bene conuenit. Idem enim est, ne nos inducas in tentationem, & libera nos à malo: nisi forte in priori rogamus ne in tentationem incurramus: in posteriore, vt si incurrerimus, ab ea liberemur, quod per exiguum & subtile discrimen est. Magis mihi Tertulliani placet interpretatio, vt per malum Diabolus intelligatur: ipse (inquit) lib. de oratione à Diabolo tentatus præfati. & artificem tentationis denotat. quod & Chrysostr. 20. & Chrysostr. feceratibus Euth. & Theophyl. placuisse video. Iu uat nomen *temptatio*, quod Diabolus vocari solet, vt supra 6. 5. 37. & infra c. 13. 19. & additis articulis, quasi malignum illum digito demonstrat. Adnotant Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis. c. 4. quod ante eum Tertullianus indicauerat, eo artificio has petitiones esse dispositas, vt prima rogemus præterita nobis dimitti peccata: in secunda, vt ne in futurum iniuriam prolatabimur: in tertia, vt à presentibus, quibuscumq; cõsistamur, liberemur. Adiecit (inquit Tertul.) ad plenitudinem, tam expeditæ orationis, vt non de remittendis tantum, sed etiam de auertendis in totum delictis supplicauerit.

Quia tuum est regnum. Hæc verba in Græcis eodibus addit. *Et non est in uobis regnum, & potestas, & gloria in saecula amen*; quæ, quia in nostra versione non legimus, nec in præcib. dicere solemus: clamant hæretici, & nobis partim ignorantiam, partim falsi criminis obiciunt: quasi alias de nostro commentu Domini cam mutualerimus liberemur. Sed utriusque me monuerunt: non hoc verba detrahant: sed Græci solemni præcationi addiderunt: unde credibile est in Evangelistæ contextu fuisse translata: quem admodum angelicæ salutationi addiderunt *Et in uobis non est caro, & sanguis, sed spiritus, & uoluntas, & Pater, Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto*. Ed quæ id Græcorum ingenio & moribus ualde consentaneum, qui ad finem conuentionum solent addigere, & in uobis non est caro, & sanguis, aut ali quid simile, ut apud Chrysostr. & alios Græcorum conuentionales sæpe legimus. Confirmat concitaturam, quod uetustissimi auctores non legant, Et lole.

Matth. 13.

Et solebant tamen Tertullianus & Cyprianus Græcis potius vt exemplaribus, quam Latinis, maximeque cum Græca Latinaque diffidebant, & Hieronymus Latinam editionem ad Græcam corrigens ueritatem, tamen nec uerit, nec in commentarijs exponit. Nec uero simile est Christum in tam breui, præfate oratione non necessaria addidisse uerba, Factor Græcos auctores Chrysostr. Auctorem imperfecti, Theophylactum, & Euthymium legere: factor & in Hebræo, & in Syriaco Euangelio reperiri. Sed Græci legunt ex consuetudine Ecclesiæ suæ: Hebræus, quia Græce legitur quantum enim auctoritatis Hebræicum illud habeat Euangelium, in præfatione diximus. Syrus uero, quia credibile est eum ex Græco Euangelium transtulisse: nisi forte & Syri ex simili præcandi consuetudine addiderunt.

14. 15. *Si enim dimiseritis hominibus.* Quidquid est in his duobus uerbis difficultas supra uersu duodecimo explicauimus. Nunc antithesis tantum inter homines & Deum notanda est, Si, inquit, dimiseritis hominibus, id est, æqualibus ueltris, conseruis ueltris, ut in parabola debitorum capite decimo octauo, uigesimo octauo, uigesimo nono. Magis enim debet homo homini, seruus confesso, quam homini Deus, seruo dominus iniurias condonare, quia mortalis eum sit, non debet immortales gerere inimicitias, & quasi minus æqualis ab æquali: quam ab inferiore superior, præsertim ab infimo summus offenditur. Iubemur ergo facere quod est minus, vt obtineamus quod est maius: & centum conseruis nostris denarios remittere: ut decem milia nobis talenta à domino remittantur. Hanc vim habet, hominibus. Similis sententia Eccles. 8. 12. 3. 4. 5. *Qui uindictam uult, à Domino inueniet uindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocentem, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini referat iram, & à Deo quærit meclam. In homine similes sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse dum caro sit, referat iram, & propitiationem petat à Deo: quia exorabit pro delictis illius.*

16. *Sicut hypoerita.* De hoc nomine diximus uersu secundo. *Tristes, & uigilantes, qui tristi sunt uultu: quod non de uera tristitia, sed de seueritatis sanctitatisque, ut ait Hieronymus, simulatione est intelligendum.* *Externi uultu, & uigilantes, sic uertit. nō Hieronymus, sed uetus ante illum interpres, ut ex Hilario canone 5. & Augustino libro secundo de sermone Domini perspicuum est. Nam Hieronymus, demolitur, reddendum putat, ueterem subreprehensens inter pretem, quod nec ipsum est proprium. Melius Hilarius, conuenit, & Chrysostr. 20. & alii corrumpunt, proprius alij, obscurant. Sensus est, hypoeritas, ut ieiunare uideantur, natuum & uetustum colore, aut tristitia simulatione, aut alicuius medicamenti artificio in pallidum terriumque conuertere: contra quam mulieres faciunt, ut pulchriores appareant.*

Mercedem suam. Quam querunt, ut uersu primo, secundo, & quinto. *Tu autem.* mutatio numeri, ut uersu uigesimo primo ex Hebræorum consuetudine, quarto Regi decimo septimo, uersu uigesimo nono. Solebant Palæstini, ut ait Hieronymus, hoc loco Orientales in Ixtitia, sed soli Palæstini, sed omnes Orientales in Ixtitia, & rebus prosperis uigebant, ut ex his locis intelligimus Ruth. 3. 2. Reg. 12. 20. & 14. 2. & 4. Reg. 4. 2. & Iudith. 10. 3. & 16. 10. & Esther 2. 12. Quomodo aut intelligendum sit, quod Christus iubet caput uigere, cum ieiunamus, Chrysostr. homilia uigesimo prima, & Auctor imperfecti homilia decima quinta, Hieronymus, Theophylactus, Euthymius, & Rupertus recte expofuerunt: non iudicare, ut reuera caput uigamus,

sed vt ieiunii fugiamus ostentationem, & hilaritatem potius atque lætitiã, quæ modum qui caput uigunt, quam tristitiam præferamus: sicut in gligunt quod supra dictum est uersu tertio *uestigia sinistra tua, quid faciat dextera tua, & uersu sexto intra in cubiculum tuum.* Aliæ interpretationes, quas partim idem auctores, partim Origenes, Hilarus, Basilus, Augustinus, & Beda afferunt, allegorice sunt.

19. *Nolite thesauriz. arc. in terra, & terra corrumpit, ne thesaurizetis uobis, ut hoc utamur uerbo. Uetus interpres in huiusmodi imperandi modis, qui per negationem dicuntur, addere solet uerbum, nolite, sententia exprimens, non uerba, ut infra uersu trigesimo quarto, & capite septimo, uersu primo & sexto. Quod autem quidam Augustinum tradunt, quod ex similibus locis in libr. de gratia & liber. arbitrium hominis arbitrium confirmat, parum benigne faciunt. Nam & in nonnullis locis est *ut dicitur*, & si non esset, nihilominus ex illis liberum probaretur arbitrium: quia nemo, præter hæreticos, tam est infans, ut Deum nobis præcipere dicat, quæ facere non possumus. Et multo profecto illi magis ridiculus & impetire ex alijs locis ad tollendam, quam Augustinus ex his ad afferendam liberatæ arbitrij argumentator. Quid Christus per thesaurum intelligit, non satis comperit, ut Hilarus humanam laudem in telligit, quæ uersu secundo, quinto & decimo sexto mercedem appellatur, quam qui confectur, thesaurum non in celo apud Deum, sed in terra apud homines ponit. Melius alij omnes auctores, quos legisse memini, de terrenis opibus interpretantur, quod ex uers. 24. confirmatur, non potestis Deo seruire & mammonæ.*

21. *Thesaurus tuus.* Græce *quæ* uelut, sicut paulo infra *uultus & uultus* cor uelutrum. Melius mihi uidetur legisse noster interpres: nam & Chrysostr. & Auctor imperfecti Græci scriptores ita legunt: & hæc numeri mutatio in concione maior habet vim, ut supra uersu decimo septimo. Apparet autem hoc fuisse pro uerbum sumptum de medio: quia multa & in hoc, & in sequente capite reperiuntur, ut illud uers. 24. nemo potest duobus dominis seruire.

22. *Lucerna corporis tui.* Græci non legunt, tui, Quod quidam maiorem vim habere putant. Ego contra eo pronomine uehementius auidorem ferri arbitror, præterquã quod uersu præcedenti iam ceperat secundã alloq. personã, & uersu hinc proxime sequente addit, *ibi dicitur, non est uultus tuus, si uultus tuus fuerit nequam.* Atque ita legitur Hilarius, & Ambrosius in libro de dignit. sacerdotali capite sexto, & Augustinus libro secundo de sermone Domini, & inter Græcos Auctor operis inspecti. Dubitare autem aliquis poterit, quorū hæc uerba pertineant, & qua consequentia superioribus adherent. Chrysostr. & Auctor imperfecti ita coniungit. Dixerat paulo ante, *ubi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum: cor est in animo, quod oculi in corpore: declarat ergo ex similitudine oculi corporis non posse se animo bene habere, eum cor est in thesaurum intencus, & auaritia obsecutum.*

Si ergo. ergo hoc loco non est, vt grammatici loquuntur, illatua coniunctio, sed inceptiua, aut continuatiua sententię. *Oculus tuus fuerit simplex.* Purus, mundus, non prauis infectis humoribus. *Totum corpus tuum lucidum erit.* Erit ueluti oculatum. Nam oculus per exiguum orbiculatitæ roei corpori necessarium lumen præbet, ut cum oculus purus est, totum omnino corpus oculus esse uideatur: omnia enim membra ad fungendas actiones suas per oculum uident.

23. *Si autem oculus tuus fuerit nequam.* nequam, male affectus.

Liberi arbitrij assertio.

